Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pulos afringes Deus uitam meam annunciaui
tibi: posuisti lacrimas meas in aspectu tuo Sicut et
in promissione tua: tunc gaudebunt inimici mei
retrorsum In quacumque die inuocauero te: ecce
agnoui quia dominus es In deo laudabo uerbum in
domino laudabo sermonem: in deo speraui non timebo
quid faciat mihi homo In me sunt domine uota
tua que reddam laudationes tibi Quoniam eripuisti
animam meam de morte: et pedes meos de lapsu:
ut placeam coram deo in lumine uiuentium
Miserere mihi domine miserere mihi: quoniam in te confidit anima
mea Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec
transeat iniquitas Clamabo ad dominum altissimum:
deum qui benefecit mihi Misit de celo et liberauit me:
dedit in obprobrium conculcantes me Misit deus
misericordiam suam et eripuit animam meam de medio ca
tulorum leonum: dormiui conturbati Filii hominum
dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladius
acutus Exaltare super celos deus et in omnem terram super
gloria tua Laqueum paruerunt pedibus meis: et in
curuauerunt animam meam Foderunt ante faciem
meam foueam: et inciderunt in eam Paratum cor
meum deus paratum cor meum: cantabo et psalmum
dicam Exurge gloria mea exurge psaltirium et
cytharam: exurgam diluculo Confitebor tibi in po
pulis domine et psalmum dicam in gentibus Quoniam mag
nificata est usque ad celos misericordia tua et usque ad nubes
ueritas tua Exaltare super celos deus: et super omnem
terram gloria tua Ad nonam ante quidem anima mea Antiphona Iuste iudicate Psalmus dd